



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum spes sit virtus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

## III. QVAES. VNICA. DE SPE. ART. I.

**A**d xxij. dicendum, q̄ verbum qđ aduersus fratrem audimus, sic debet in nobis commorari, ut nō  
bis non procedat ad fratris infamia; nō tñ prohibe  
tur quin procedat vterius ad fratris emendationē.

**A**d xxij. dicendum, q̄ cum Dominus dicit, Corripe inter te & ipsum solum, non intelligendū est, q̄  
semel corripia, sed bis, & ter, aut ēr pluries, quādū  
probabiliter spes maneat, q̄ secerius corripi pos  
sit. Cum vero probabiliter presumitur, q̄ sic corri  
gi non possit, tunc intelligitur non audire.

**S**uper illud  
March. 18. si  
peccaverit.  
to. 9. 3. Reg.  
c. 21. 10. 1.  
Hom. 6. 1. in  
Mathematica  
med. 10. 2.

**A**d xxij. dicendum, q̄ testes inducunt uel ad  
ostendendū, q̄ hoc sit peccatum de quo alijs argui  
tur, vt Hiero. dicit, uel ad conuincendū de actu, si  
actus iteret, ut Augus. dicit, uel ad testificandum q̄  
frater admonē fecit quod in se fuit, vi Chry. dicit.

**A**d xxv. dicendum, q̄ homo non indiger testibus  
ad emendationem sui peccati, potest tamen indi  
gere testibus ad emendationem alterius, secundum  
tres modos prædictos: & ideo non est similius rō de  
peccato proprio, & de peccato fratris.

**A**d xxvij. dicendum, q̄ Augus. intelligit, q̄ prius  
dicatur prælato quām testibus, secundum quid p̄  
latus est quadam singularis persona, quā potest p̄  
desc̄ etiam magis, quām alij. Sic autem dicere præ  
lato non est dicere ecclesiæ: sed quando dicis in pu  
blico, quasi in loco iudicij residenti.

### Q V A E S T I O N E N I C A .

#### D E S P E .

**I**n quatuor articulos diuisa.

**P**rimo enim queritur, vitrum spes sit virtus.

**S**econdo, vitrum spes sit i voluntate sicut i subiecto.

**T**ertio, vitrum spes sit prior charitate.

**Q**uarto, vitrum spes sit solum in uiatoribus.

#### A R T I C U L U S P R I M U S .

Vitrum spes sit virtus.

8.1. q. 17. 2r.  
1.  
  
Capit. 18. &  
19. 20. 1.

Dift. 26.

Com. 17. &  
18. 4. Ethic.  
3. 10. 5.

Cap. 5. circa  
med. tom. 5.



**V**itrum spes sit virtus. Et primo queri  
tur, vitrum spes sit virtus. Et ut q̄ non.  
Virtus n. non se habet ad bonum, & ma  
lum, sed ad bonum rātum, unde & Au  
gu. dicit in lib. de lib. arb. q̄ uirtute nul  
lus male uitatur. Sed spes se habet ad bonum, & ma  
lum, quidam enim habent bonam, quidam malam  
spem. ergo spes non est virtus.

**¶ 2 Præ.** Virtutem Deus operatur in nobis sine no  
bis, ut supra dictum est. Et sic patet q̄ nulla virtus est  
ex meritis, sed præcedit merita. Sed spes est ex  
meritis. Est enim spes certa expectatio futuræ beatitu  
dinis ex gratia, & meritis proueniens, vt Magister  
dicit 25. dift. tertij lib. sen. ergo spes non est virtus.  
Sed dicendum quid spes præsupponit merita non  
in actu, sed in habitu.

**¶ 3** Sed contra. Habitus qui est principium meren  
ti, est charitas: sed si es non præsupponit charitatē,  
sed præcedit eam. Dicitur enim Matth. 1. in glo. q̄  
spes generat charitatem. ergo spes non præsuppo  
nit merita in habitu.

**¶ 4 Præ.** Virtus est dispositio perfecti secundum  
Philos. in 6. Physi. vnde & in 5. Ethic. probat, quid  
verecundia non est virtus, quia est imperfecti: sed  
spes est dispositio imperfecti, quia est distantiā ab o  
bo. ergo spes non est uirtus.

**¶ 5 Præ.** Nulla passio est uirtus: q̄a passionibus nec  
laudamus, nec viruperamus ut dicitur in 2. Eth. Sed  
spes est uia de quatuor principalibus passionib. er

**F**go spes non est virtus. Sed dicendum, q̄ spes que est  
passio, nō est virtus, sed aliquid ad mentem pertinet.  
¶ 6 Sed contra. Q̄s passiones appetitus sensuum  
pertinent, aliquid simile in mente, sive n. est spes & amor  
ritū & delectatiō, & alia huiusmodi: sed in alijs pa  
ssionibus præter amorem, non sumuntur norma  
virtutum. ergo neque aliqua virtus debet dici spes.  
¶ 7 Pre. Tria sunt genera virtutum. Sunt n. quædæ  
virtutes Morales, qdā Intellectuales, quædæ Theolo  
gicae: sed spes non est virtus moralis: quia non  
ducit ad aliquam cardinalium virtutum, nec è  
nus intellectuales, qdā non pertinet ad vim cognitiv  
em appetituam, nec etiam est virtus Theologica,  
q̄a Theologica virtus nō est esse in medio, sed in  
extremo secundum illud Deut. 6. Diliges dominum  
Deum tuum ex toto corde tuo. Spes autem me  
dium tenerint præsumptionem & desperationem.  
¶ 8 Præ. Virtus maxime Theologica est quoddam  
donum supernaturale diuinum nobis intuitum sed  
ad sperandum beatitudinem aeternam non indige  
mus aliquo dono supernaturali, quia cum bonum  
naturaliter moueat appetitum, sumnum bonum  
quod est beatitudo, maxime naturaliter appetim  
monebit. ergo spes non est virtus.

**¶ 9 Præ.** Actus charitatis est p̄fector, qdā spes  
ad actum charitatis p̄t natura creata ab his dono  
gratia, secundum illorum opinionē dicunt in  
mo & angelus in naturalibus creati Deū fūra &  
supra omnia dilexerunt, quod videtur esse ab  
charitatis. ergo multo magis potest aliquis in ali  
spesi sine dono gratia. ergo spes non est virtus.

**¶ 10 Præ.** Virtus secundum Philo. in 1. Eth. est omni  
arte certior: sed hoc non competit sp̄i, causam  
enim ex gratia & meritis quæ sunt incerta, secundum  
illud Eccl. 9. Nemo scit vitrum sit dignus obi  
amore. ergo spes non est virtus.

**¶ 11 Præ.** Omnis uirtus potest esse in charitate. Spes  
enim importat distantiam: charitas autem non importat  
secundum illud quid Dion. dicit in 4. capitulo de Di  
uinitate nominibus, quid amor est nisi nomine. ergo  
spes non est virtus.

**¶ 12 Præ.** Omnis plenitudo gratiarum & uirtutum  
sunt in Christo, secundum illud Io. 1. Vidimus eum  
plenum gratia & ueritatis: sed spes non fuit in Ch  
risto: qui enim uidet non sperat, ut habetur Rom. 8.  
ergo spes non est virtus.

**¶ 13 Præ.** Virtus causat delectationem in actu, sed  
spes econtra faciat afflictionem, secundum illud  
Prouer. 14. Spes qua differtur affigit animam. ergo  
spes non est virtus.

**¶ 14 Præ.** Virtus per se habet delectationem, ut dic  
tur in 1. Eth. Spes autem & memoria non sunt  
delectabilia secundum se, ut dicitur in 11. Metaph. ergo  
spes non est virtus.

**¶ 15 Præ.** Nulla uirtus facit actum malum, sed spes  
facit actum malum, quia facit actum difficulter  
go spes non est virtus.

**¶ 16 Præ.** Spes est expectatio qdā, ut dictum est expe  
ctatio autem importat distantiam, ergo maxima spes im  
portat maximam distantiam a bono sperato, quod  
est beatitudo: sed maxima uirtus non habet ma  
ximam distantiam a beatitudine, immo facit maxima  
propinquitatem ad ipsam. ergo spes non est virtus.

**¶ 17 Præ.** Sicut est spes futurorum, ita est memori  
a preteritorum: sed memoria preteritorum non est  
virtus. ergo nec spes futurorum.

**SED CONTRA.** Per virtutes in beatitudinem introducimur: nam felicitas virtutis est præmium, ut vñ. ad. Ethic. Sed si oportet introducere in beatitudinem. Dicimus enim ad Heb. 6. quod habemus spem incedentem, & incedere facientem ad interiora velaminis id est ad beatitudinem cœlestem, ut Glo. ibidem exponit. ergo spes est virtus.

Cap. 5. art. 1. 161.

Glo. inter. vñ. 161.

**¶ 2.** Prat. ad Corin. 13. Nisi autem manent fides, spes, caritas, tria haec. Sed fides, & caritas sunt virtutes. ergo, & spes.

**¶ 3.** Prat. Gregorius in 1. Moralium dicit, quod per tres filias lob significant haec tres virtutes, fides, spes, & caritas. ergo est virtus.

**¶ 4.** Prat. Praecepta legis danū de actibus virtutum; sed multa preceptra dant de actu spei. Dicitur. n. in Psal. Spera in Deo, & fac bonitatem. ergo spes est virtus.

**RESPON.** Dicendum, quod q[uod]a habitus cognoscunt

per actus, & actus per obiecta, ad cognoscendum, an spes sit virtus, oportet considerare de rōne actus eius. manifestum autē est, quod sperare importat motum quendam appetitiū virtutis tendentem in bonum, non quidem, ut iam habitum, sicut gaudium, & delectatio, sed tamquam assèquendum, sicut erit desiderium, & cupiditas. Differt tamen spes a desiderio in duobus. Primo quidem q[uod]a desiderium est communiter cuiuscumque boni, & ideo attribuitur concupiscentia. Spes autem est boni ardui, quod difficit esse, & ideo attribuitur iraefici. Secundo q[uod]a desiderium est alienius boni absolute, absq[ue] consideratio possibilis, & impossibilitatis illius.

Sed spes tendit in aliquod bonum, sicut in id, quod est possibilis adipisci. Importat. n. in sui ratione quamdiu securitatem adipiscendi. ergo sic in obiecto spes quatuor considerantur. Primo qd[em], q[uod] sit bonum, per quod differt a timore. Secundo, q[uod] sit boni futuri, per q[uod] differt a gaudio, vel delectatione. Tertio, q[uod] sit boni ardui, per quod differt a desiderio. Quarto, q[uod] sit boni possibilis, per q[uod] differt a desperatione. Est autem possibile aliqd haberi ab aliquo dupliciter. Vno modo per propriā potestatem. Alio modo per auxilium alterius, nā

equiperamini sunt possibilia, aliquid possibilia dicimus, vt patet per Philosophum in 3. Ethic. Sic igit[ur] quandoque sperat homo aliqd adipisci per propriam potestatem: quandoque vero per auxilium alienum. Et talis spes expectationem haberet, inquit homo respicit in auxilium alterius. Et tunc necesse est, quod motus spes ferat in duo obiecta, scilicet in boni adipiscendum, & in eum cuius auxilio innitur. Summum autē bonum, quod est beatitudo aeterna, homo adipisci nō potest: nisi per auxilium diuinum, secundū illud Romanorum 6. Gratia Dei vita aeterna. Et ideo spes adipiscendi vitā aeternā habet duo obiecta, scilicet ipsam vitam aeternam, quam q[uod] sperat, & auxilium diuinum a quo sperat. Sicut etiā fides habet duo obiecta, scilicet, quam credit, & veritatem primam, cui correspondet. Fides autē non

habet rationem virtutis, nisi in quantum inheret testimonio veritatis primae, vt ei credat quod ab ea manifestatur, secundū illud Genesi 15, credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. vñ & spes habet rōnem virtutis ex hoc ipso, quod homo inhæret auxilio diuinæ potestatis ad consequendum vitam aeternam. Si n. aliquis inniteretur humana auxilio, vel suo, vel alterius ad consequendum perfectum bonū absque auxilio diuino, esset hoc viatio, secundū illud Hieremias 17. Maledictus ho-

mo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Sic igit[ur] sicut formale obiectum dei est veritas prima, per quam sicut per quoddam medium assentit his, quae creduntur, quae sunt materialia obiectum fiducia etiam formale obiectum spes est auxilium diuinæ potestatis & pietatis, propter quod tendit motus spes in bona sperata, quae sunt materiale obiectum spes. Sicur ergo ea quae creduntur materialiter, omnia referuntur ad Deum, quanvis aliqua eorum sint crea, sicut quod credimus omnes creature esse a Deo, & corpus Christi esse a filio Dei assumptum in unitate personæ: ita etiam omnia quae materialiter sperantur, ordinantur in unum finale speratum, quod est fructus Dei. In ordine enim ad hanc fruitionem speramus adiuvari a Deo, non solum spiritualibus, sed etiam corporalibus beneficiis.

**AD PRIMUM** ergo dicendum, quod spes secundum quod inhæret diuino auxilio, non potest ad malū hære: nullus enim potest nimis de Deo sperare: sed quod alijs male speret, hoc contingit, quia non inhæret Deo, sed sua virtuti vel falsa opinioni, puta, cum præsumit se saluandum, etiam in peccatis perseverans.

**AD SECUNDUM** dicendum, quod cū dī spes esse expectatio futura beatitudinis ex gratia & meritis præueniens, dupliciter potest intelligi, uno modo ut expectatio intelligatur ex meritis præuenire ex parte expectantis, vt. l. expectatio talis caufetur in homine ex præcedentibus meritis, & in hoc sensu pedit obiectio, qui falsus est. Alio modo, potest intelligi expectatio esse ex meritis ex parte rei expectata, & hic est sensus verus. Expectamus enim, quod per gratiam Dei & bona merita beatitudinem consequamur.

**AD TERTIUM** dicendum, quod secundū hū sensum merita nō præcedunt ex necessitate spem, nec actū, nec habitu, sed precedunt rē speratā, scilicet beatitudinem: unde potest esse, quod sperans non habeat merita, nec actū, nec habitu: sed solum in proposito.

**AD QUARTUM** dicendum, quod spes secundū p[ro]t[er]etur ad materiale obiectū, est dispositio imperfetta, q[uod]a quod speratur, nō dūm habetur: sed secundū q[uod] respicit obiectum formale, scilicet auxilium diuinum, sic est dispositio perfecta. In hoc enim consistit p[ro]f[ess]io hoīs, vt Deo inhæret. Et simile est de fide, quae habet imperfectionem, eo q[uod] nō dūm videt ea quae credit, habet autē perfectionem, ex eo q[uod] in h[ab]et testimonio primā veritatis, & ex hoc est virtus.

**AD QUINTUM** dicendum, quod spes est passio, sicut q[uod] est passio motus appetitus, cuius obiectū Deus esse non potest: & ideo talis spes virtus nō dī: sed illa quae est motus mentis, quae est capax Dei.

**AD SEXTUM** dicendum, quod nulla virtus potest denominari p[ro]prie ab aliqua passione, nisi Theologica. Nam virtutes intellectuales pertinet ad vim cognitiam, passiones autē anima sunt in vi appetitiva, virtutes autē morales constituant medium in passionibus. Unde virtus moralis nō nosatur ab aliqua passione absolute, sed a moderatione passionum, sicut temperantia, fortitudo, & similia: sed motus humanæ mentis qualitercumq[ue] Deum attingeret, ad virtutem pertinet. Et ideo nostra simplicius motus, sive passionū adaptantur virtutibus theologicas. Et quia virtutum theologiarum obiectum est Deus, quod est summum bonum, manifestum est, quod passiones quarum obiectum est malum, non posunt nosare virtutes theologicas. Similiter est, cū virtus theologica pertineat ad statum viae ante iudicium tantum

QVÆS. VNICA, DE SPE, ART. II.

tantum: passiones quarum obiectum est bonum  
præfens, vt delectatio & gaudium, non sunt nomi-  
na aliquarum virtutum, sed magis pertinent ad be-  
atitudinem; unde delectatio ponitur vna de dotibus  
beatitudinis. Desiderium autem importat quidem  
motum in futurum, sed sine aliqua præsenti inhæ-  
sione vel spirituali contactu ipsius Dei: vnde nec  
desiderium nominat, virtutem aliquam: vnde re-  
linquitur, quod solum spes, & amor nominant  
Theologicas virtutes.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ ideo virtutes morales  
consistunt in medio, q̄a ad virtutē moralē pertinet  
attinere regulam rationis circa proprium, & per  
se obiectū. l. circa passiones, & operationes huma-  
nas: omne autem regulatum inquantum est huius-  
modi, habet rationem mediū: quod autem a regula  
discedit, aut superflū, aut diminutum est. Dicitur  
etiam q̄ virtus intellectus consistit in hoc, q̄ ar-  
tingat verum quod est bonum intellectus, veritas  
autem intellectus humani, regulatur & mēsuratur  
ab essentia rei. Ex eo enim, q̄ res est, vel nō est, op-  
nio vera est, vel falsa. Et ideo etiā virtus intellectua-  
lis circa proprium obiectum in medio consistit, vt  
scilicet hoc apprehendat homo: dñe quod est, nō  
plus, nec minus: sed virtus Theologica habet pro-  
objeto ipsam primam regulam nō regulatam. Et  
ideo sufficit qualiter cunq; attingere regulam ad ra-  
tionē virtutis: propter quod secundum operationē  
ad propriū & formale obiectum virtus Theolo-  
gica in medio non consistit: sed ex parte materialis  
objeti potest consistere in medio: & hoc accidit  
ei. Sicut fides catholica in diuinis procedit inter he-  
resim Sabellij confundentes psonas, & heresim Ar-  
rij substantiā separatis. Et eodem modo ex parte eius  
quod est materiale, obiectū speci consitit in medio,  
inquantum, scilicet alius sperat se adipisci beat-  
itudinē sic, vel aliter. Sed ex parte formalis obiectū,  
quod est auxilium diuinum, non cōsistit in medio:  
nullus enim potest nimis diuino auxilio inniti.

AD OCTAVVM dicendum, quod bonum propor-  
tionatum mouet appetitum. Nō enim naturaliter  
appetuntur ea quā non sunt proportionata: quod  
autem beatitudo æterna sit bonum proportiona-  
tum nobis, hoc est ex gratia Dei. Et ideo spes quā  
tēdit in hoc bonum sicut proportionatum homi-  
ni ad habendum, est donum diuinum infusum.

AD NONVM dicendum, q̄ diligere Deum super  
omnia potest intelligi duplicitate: uno modo secun-  
dam q̄ bonum diuinum est principium & finis  
totius esse naturalis, sic amare Deum super omnia  
non solum rationalia, sed & bruta animalia, & in-  
animata, inquantum amare possunt, quia vincuntque  
parti amabilis est bonum totius, quam proprium  
bonū, unde naturaliter manus se exponit itū pro  
salute totius corporis. Sed iste naturalis amor Dei  
pervertitur ab hoībus per peccatum: unde in statu  
naturæ integræ poterat homo Deū diligere super  
omnia secundum modum prædictum. Alio modo,  
potest alius diligere Deum sup omnia, secundū  
q̄ Deus est obiectum beatitudinis, & secundum  
quod fit quedam societas rationalis metis ad Deū  
quadam spirituali unitate: & talis dilectio est aës  
charitatis in quā nulla creatura potest sine gratia,

AD X. dicendum, q̄ virtus inclinat in proprium  
actum p̄ moderationē, sicut Tuilius dicit. Et ideo  
certitudo spesi & aliarum virtutum nō est referēda  
ad cognitionē obiectū, vel principiorum propri-

F rūm, sed ad infallibilem inclinationem in actu.  
AD XI. dicendum, quod charitas facit unionem  
in affectu, vñ scilicet amans reputet amicum, quasi  
se alterum, & Deum plus quam se: potest tamen  
esse cum distanta reali rei amata, & ita charita  
potest esse cum spes.

AD XII. dicendum, q̄ spes habet perfectionem  
quandam cum imperfectione, & ex illa parte, qua  
habet perfectionem, haber perfectam rationē vir-  
tutis. Et ex hac parte plenissime fuit in Christo. Ip-  
se enim plenissime inhasit diuino auxilio. Et ex quo  
te eius, quod est imperfectionis, defuit ei spes, &  
cœt & fides.

AD XIII. dicendum, q̄ spes non affligit anima,  
sed magis est causa delectationis, inquantum fac-  
rem separatum quodammodo esse praesentem  
fiduciam ad ipsiū: unde & Apololus dicit Ro-  
ma. 11. Spe gaudentes: sed dilatio tēi speratib;  
qua quandoque affligit.

AD XIV. dicendum, q̄ duplex est delectatio  
vna quidē de objecto actu. Alia vero de ipso actu  
prima autem delectatio non est proprium, q̄a  
est aliqua virtus ad quam periret dolere de suo  
objeto, scilicet pœnitentia. Sed secunda delecta-  
tio, qua est de actu, est propria virtutis, quia non  
quæ habēti virtutem est delectabilis operari, q̄a  
est secundum proprium habitum, vnde etiam pa-  
nitens de dolore gaudet. Sic igitur pœnitentia  
causat delectationem de re sperata, non causat de-  
lectationem per se, sed per aliud, id est inquantum i-  
stam existimare, vt presentem. Sed secundum  
causat delectationē de proprio actu, q̄a per de-  
lectationem causat.

AD XV. dicendum, q̄ facere actum difficultate  
intelligi duplicitate: uno modo q̄ faciat difficultate  
in actu. Et hoc sensu procedebat obiectum. Sic autem  
spes non facit actum difficile, quia non obiret  
difficultate actu, sed magis diminuit. Alio modo po-  
test intelligi facere actum difficile, quippe  
spem homines aggrediantur difficultate.

AD XVI. dicendum, q̄ distantia a termino ad  
quem, vel a termino a quo, invenitur in quodlibet  
motu: non tamen ea motu specificatur, sed potest  
ex termino. Et ideo non sequitur, q̄ li motus est  
stantis, q̄ maior motus magis sit dittans: hac con-  
scientia arguedi tenet solum in his, que sunt per le-  
videmus autem, q̄ motus naturalis quanto magis  
propinquat ad terminum, tanto magis intendit  
& similiter etiam est de spes.

AD XVII. dicendum, q̄ memoria nō importa  
aliquam in affectionem, vnde possit habere ratio-  
nem, sicut habet spes: & ideo non est simile.

ARTICVLVS II.

**V**irtus spes sit in voluntate sicut in subiecto.  
Secundo quadratur. Virtus spes sit in voluntate  
sicut in subiecto. Et videatur, q̄ non. Obiectum  
enim spes est bonum arduum: sed aridum est con-  
sum irascibilis. ergo spes est in irascibili, & non  
voluntate.

¶ 2. Præt. Charitas est perfectissima virtutum, exp-  
suffit ad perficiendā vñā potentiam. Sed charita  
est in voluntate, non ergo in voluntate est spes.  
¶ 3. Præt. Ideo nō possumus plura intellegere, q̄a  
quia intellectus nō potest simul informari diversi  
spēbus intelligibilius, sicut nec corpus diversi  
guris, vt Algazel dicit. ergo pati rōne vna poterit  
non pot simul informari in actu, secundum donec